

1771.

73. Ludwig, Christianus Jodrell Ord. med. pro cancellarius:
De elaboratione successum planitarum in universitate
Programma, quo panegyria medicorum - - induit.
74. Plagiatus, Antonius Rusticus: De ancolendis sanitatis
publicae impedimentis
75. Pfeffermannus, Iurias Tudoricas Emeritus: Yearthio
Iudicis et foro iudiciorumque eliminando. Pra
panna, quis est orationem sollemnem invictam
76. Pfeffermannus, Iurias Tudoricas Emeritus: Meletematum,
jures ciuitatis specimen I
77. Richterus Joannes Tolius: De pacto, quo quis fun
dam sine tributis habeat, rel alienet, prohibito.
78. Schuen, Joannes Trangoll: De poena legis Liciniae
ex 1. act. et de alienat. iudic. mut. caus. fact.
79. Schott, Augustus Rittericus: De quaestione Domitia
na in l. 27. d. qui testem. fac poss..
80. Schott, Augustus Rittericus: De poena bignomial
ordinaria, ac poena criminal. Carabin. art 121.

1771.

57. Schott, Augustus Fredericus : De origine juris
hereditariorum Comitum Imp. S. R. G. in constitutis,
et inde pendente origine cognovimus
eorum seu nominum gentilitiorum.

58. Schott, Augustus Fredericus : De honoribus regis
principum electorum.

59. Segerus, Th. Theophilus, Acad. rector : Prolesio
de argomento librorum Ciceronis de officiis:
Item ad Gellii noct. Att. V. 13. de officio
rum gradu aliqui ordine morboe populis
Romani observatae. Praeponens, quo salutaria
doctornalia Th. Tranquilli Scholae in dicit.

60. Frankmann, Gottlob Kurius : Praescriptio
imperialis origo Romana.

61. Zellerus, Fr. d. Gottlieb : Observations singulares
ad pand. lib I. tit 1 et 3.

62. Zellerus, Fr. d. Gottlieb : Observations singulares
ad pand. lib I. tit 7.

1771.

57. Zollerus, Fr. d. Gallus : De successione mariti
in res uxoris immobiles ex jure Romano provi-
ciali Saxonico et Statutariorum Soraviensium.

58. Zollerus, Fr. d. Gallus : Utrum venditio Geradae
in loco, quo eadem in usum est, contracta, offere-
riam producatur, si feminis eo loco decedat,
quo nulla occidit Geradica valeret.

59. Zollerus, Fr. d. Gallus : Utrum videlicet quae legatum
testamento relictum petat, postremum, statutarium
annuitat?

60. Zollerus, Fr. d. Gallus : Utrum preiussor ante
solutionem prouestam, contra debitorem at libera-
dum agere possit?

61. Zollerus, Fr. d. Gallus : Observatio nes singulares
ad pand. 161 Art. 4 et. 5.

62. Zollerus, Fr. d. Gallus : De eo, quod juris est circa
hanc danariis et obligacione vasallis erga dominum,
nec non dominii erga vasallum et subditas tempore
necessitatis prouidum.

1776

63. Zollerus, Frid. Gallus : Observations singulares circa pacta emitorum ventitionis adjecta

64. Zollerus, Frid. Gallus : Observations singulares
ad. pand. lib. I tit. 6.

65. Zollerus, Frid. Gallus : Utrum foemina, quae in-
cessum promittat, et fiducib. non valide assig-
natur?

66. Zollerus, Frid. Gallus : Utrum in processu
inquisitorio contra delinquentem in contumaciam
procedere licet?

67. Zollerus, Frid. Gallus : An et quatenus exceptio
veritatis, oponi injuriarum licet?

8570.

1774, FF.

DISSERTATIO IVRIDICA
DE
**PACTO, QVO QVIS FVNDVM
SINE TRIBVTIS HABEAT, VEL
ALIENET, PROHIBITO.**

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

I N D V L T V

P R A E S I D E

IOANNE TOBIA RICHTERO

I. V. DOCT. P. P. ORD. ET CIVITAT. LIPSIENS. SENAT. CET.

AD DIEM XXVIII. MART. A. C. N. MDCCCLXXI.

H. L. Q. C.

P V B L I C E D E F E N D E T

R E S P O N D E N S

HENRICVS CHRISTIANVS STEINDORFFIVS

THALLWITIO - WVRZENS.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

DISSERTATIO IURIDICA
de
PACTO. QVO GAS FUNDAM
SIVE TRIBUTA HABET. ET
AFFINITATIS PRACTICATO.
ILLUSTRATISSIMA ET
CENSATA
D. J. S. A. D.
IOANNI TOBII RICHTERO
HONORABILI ET CIVICO MAGISTERIO
IN UNIVERSITATE MONSTRUM
TERRIBILIS
PRO TERRIBILIA
HINCAS CHREBTHIAS STRINOGES
STUTTGARTIA
1751

ILLVSTRISSIMO
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
GOTTHELF ADOLPHO
S.R.I.COMITI
AB HOYM

DYNASTIARVM DROYSSIG, SCHLAWENTIZ,
ALTHAMMER, GROSHELMSDORFF, GROSNITZ, GLEINA,
NEBRA, BIRCKICHT, SCKOEHLLEN, THALLWIZ,
OCHSENSAAL, LOEBIZ, STRELLN, CET.

DYNASTAE AC DOMINO
SERENISSIMI ELECTORIS SAXONICI
CONSILIARIO INTIMO ACTVALI, NEC NON CAMERAE
TERRITORII ECCLESIAE CATHEDRALIS NVMBVRGENSIS
AC ZIZENSIS DIRECTORI,

DOMINO INDVLGENTISSIMO
MAECENATI LITTERARVM
MAXIMO

ILLUSTRATION
ATRA
EXCELENTESSIMO DOMINO
DOMINO
GOTTHELE ADOLPHO
ERECUTIT
MY HOM

DOMINUS ALIAS MUS DEDICATIS SCHOLASTICIS
ALIENAM IN ORGANIS SEMPER PERTINENS
NOSTRA MIGRATIONE SCIENTIA
DUCENDA PROSPERITATE
PRAESTANT AD DOMINUM
SABRINISSIMI HERCULANI SAZONIE
COMITARII INGENIOVITATEM NEC NON CAVEMUS
TERRITORIIS SOCIIS, CAVENDISQUE LITERARIIS
AC SIGILLIS DIRECTORI

DOMINO INDAGENISSIMO
MAGNETI LITTERARVM
MAXIMO

COMES ILLVSTRISSIME
DOMINE INDVLGENTISSIONE

Non sunt e longinquo mihi repetendae rationes, cur hunc libellum Academicum, Illustrissimo Nomini TVO dedicandum putauerim. Omnes enim TE admirantur et colunt, non tam quod TE, COMES ILLVSTRISSIME, fortuna in altissimo dignitatis ac honoris gradu collocauit, quam quod eximiis virtutibus, et ea sermonis comitate es ornatus, ut quamvis TE ament, et TVAS virtutes laude singulari prosequantur, tamen TE non satis posse amari, atque laudari, uno ore fateantur omnes.

Sed non defunt mihi aliae rationes eaeque maiores, neque cum aliis communes, quae me mouent. Contigit enim mihi, ut non solum Thalvricii vitae vslra frui cooperim, sed ut TV quoque, COMES ILLVSTRISSIME, per multos iam annos, in me et in patrem meum, tanta conferas beneficia, ut haec occasio mibi sit exoptatissima, qua mean in TE pietatem et cultum, animunque gratum, quamvis non satis declarare, attamen leuiter possim adumbrare.

Quare

*Quare ante omnia TIBI DOMINE, pro TVIS, quibus patrem meum et me ornasti, beneficiis summis, non solum deuin-
Elissimum, publice me declaro, sed hoc etiam meae in TE veneratio-
nis et obsequii monumentum leuidense TIBI submissæ trado, cer-
tissima spe ductus, ut pro TVA indulgentia illud sis accepturus.
Quae cum consecutus ero, me omnia, quae mili summa sunt,
consecutum putabo.*

*Quod reliquum est, gratiae TVAE, qua nihil mibi illu-
strius, et ad spes fortunasque meas stabiliendas accommodatius
contingere potest, me quam maxime commendō, et pro vitae
TVAE diuturnitate ac perpetua felicitate, ardentissima vota facio, ut
Deus Optimus Maximus TE, cum gente TVA Illusterrima, semper
saluum praestet ac incolunem, omnibusque diuinis accumulet be-
neficiis. TE enim saluo, nec patriae nostrae in TE unquam de-
erit praesidium firmum, magnumque decus. Permaneo*

NOMINIS TVI ILLVSTRISSIMI

Lipſiae

d. XXV. Martii.

M D C C L X X I.

*obſequentiſſimus obſeruantifſſimusque
cultur*

HENRICVS CHRISTIANVS STEINDORFF.



DE PACTO, QVO QVIS FVNDVM SINE
TRIBVTIS HABEAT VEL ALIENET,
PROHIBITO.

§. I.

Vnumquemque hominum, ne dicam in republica *Cuilibet libe-*
tantum, verum etiam inter gentes, liberam *ra iure con-*
iure concessam facultatem pacisendi habere, *cessam facul-*
ita vt pacto vel alium sibi, vel se quoque alii, obligare, in-*tas pacisendi.*
deque vel ipse agere, vel etiam conueniri possit, cognitum
satis est, neminemque fugit. Quodsi tamen quis hoc iure
suo vt velit, necesse omnino est, vt tam ipse pacisens in ea
sit conditione, quae vel iure naturali in paciscentibus requi-
ritur, quam res, de qua pactum ineundum est, ita compa-
rata, vt sit in commercio priuatorum, et obligatio pacto
constituenda euentum habere, nec non intuitu iuris inde
oriundi, alterutrius partis interesse possit. Ita quod ad con-
ditionem paciscentium attiner, res ipsa postulat, vt consen-
tiant, adeoque vt etiam consentire possint. Indeque summa
ex necessitate requiritur, vt paciscentes libero tum intellectus
tum voluntatis vsu gaudeant, illo scilicet, vt intelligent quid
fiat,

+ + + + +

fiat, quandoquidem nemo in rem sibi ignotam, neque clare satis intellectam, consensisse videri potest: hoc autem, ut velint etiam quod intellexerunt, cum utique certum et manifestum sit, nos non omnia, quae satis etiam intelleximus, velle. Haec autem omnia si in pacientibus concurrant, procul dubio efficiunt, ut, siue quis pacificatur tantum per se, siue pactum adiiciat contractui, idque faciat, vel ex mente iuris Romani, statim, ubi contrahitur, ut pactum fiat pars contractus, vel ex moribus nostris quounque tempore, etiam post contractum celebratum, quandoquidem hodie pactum, etiamsi pars contractus factum non sit, nihiloscius pro adiecto habetur, pro re nata, vel conditionem ex moribus, vel actionem ex contractu competentem habeant, atque pleno cum effectu instituere queant.

§. II.

Ea vero pacta, quae Legibus prohibiti, prorsus inuidia sunt.

Quemadmodum autem vel facto suo, vel alio quounque modo Legibus contrauenire, nemini hominum est permisum, ira nec pacto idem licere posse per se patet. Hinc etiam, quantacunque sit libertas paciscendi, eo usque tamen nunquam pretenditur, ut ea pacta valeant, quae Legibus reperiuntur prohibita, quia parendum est Legibus, non repugnandum. Si quis igitur in criminali causa versari, atque de re turpi et aperte inhonesta pacisci audeat, veluti de committendo furto, de adhibenda fraude, de damno alii inferendo, item de adulterio vel alio carnis delicto commitiendo, nec non rei illicitae mandatum contrahat, taceo alia, is non modo pacificando nihil agit, sed simul etiam ipso hoc facto ceu illico delinquit, ut, quamuis ex eiusmodi pacto nec ius habeat, nec alteri obligetur, tamen promeritam poemam vix ac ne vix quidem effugere queat.²⁾ Sed sunt etiam
a) vid. L. 15. ff. de condit. institut. add. L. 11. §. 3. et 4. ff. de iniur.

iam in causa ciuili, vbi de meo et tuo agitur, quaedam pa-
cta prohibita, quae si inita sunt, non quidem poenam ali-
quam post se trahunt, nullitatis tamen effectum semper pro-
ducunt. Et haec duplicitis generis esse conspiciuntur. Vel
enim naturae negotii, cui accedunt, sunt contraria, vel alias
Lege expresse vetita. Ex illorum numero sunt pactum de
non praestanda euictione, item pactum, quod Leoninam
societatem facit, quo quis omne lucrum quidem poscit, at-
tamen ex damno societatis quicquam ferre recusat; est enim
indoli emtionis venditionis plane contrarium, pati hac con-
ventione ut emitor rem amittat, et pretium veditor reti-
neat; ^{b)} sicut etiam societas salua manere nequit, sed eius
idea cuanescit, quam primum id vult effici, vt ne lucrum
ex societate sit commune. ^{c)} His autem pactis, videlicet
expressa Lege vetitis, accensentur pactum mohatra, quod
vocant, et pactum grauem conditionem continens, vendi-
tionibus seruorum Romanorum adiectum; nam si fraus sit
SCto adhibita, puta frumento, vel vino, vel oleo mutuo
dato, vt his distractis fructibus, vteretur pecunia, subue-
niendum est filios familias: ^{d)} et si intolerabilis visa fuerit
saeuitia dominorum, cogebantur hi vt seruos suos bonis
conditionibus venderent, vt pretium dominis daretur, cum
reipublicae interesset, ne quis re sua male vteretur. ^{e)} Haec
et alia eiusdem generis pacta iniiri non possunt, quia sunt
prohibita.

A 3

§. III.

b) L. II. §. 18. ff. de aet. emti et venditi conf. PRAESID. Diff. de pacto
euictionis non praestandae inutili.

c) L. 29. §. 2. et L. 5. §. 2. ff. pro socio.

d) L. 7. §. 3. ff. de SCto Macedoniano.

e) §. 2. I. de iis qui sui vel alien, iur. sunt.

*Ita pactum est
illicitum, quo
quis fundum
sine onere pu-
blico vel reti-
nere vel ac-
quirere cupit.
Proponitur
Thema.*

Inter pacta prohibita non immerito illud refertur, quo quis, ut fundum in republica sine tributis habeat vel alienet, interdit, cuius rei duo potissimum casus contingere posse arbitror. Aut enim fundi possessor vult eum in posterum sine penitiatione publica tenere, ideoque omne onus ei impositum per conuentiōnem in alium transferre, suumque fundum ita liberare a tributis studet: aut vendit quis fundum suum tanto carius, atque per pactum tributa eius futura praeflenda in se recipit. Evidēm ridiculum, imo ferme insanum eiusmodi pactum videri, quo quis rei alienae onera in se recipere non dubitat, facile confiteor. Quid autem est tam absontum, quod non aliquando et interdum saepius in republica eveniat? Ita etiam huius generis pactum non adeo raro evenire posse, quilibet atque facile mihi largietur. Magis mirandum est, quod fuerint ICti, qui sibi persuadere potuerunt, eiusmodi pactum saltem intuitu pacientium subsistere posse.^{a)} Ego vero alia omnia vera esse, iure meo arbitror, atque nunc tale pactum nec intuitu pacientium, nec ratione fisci valere, sed aperte prohibitum esse, probabo, simulque hac in re ius Ciuale Romanum cum iure Saxonico Electorali egregie conspirare monstraturus. Primum itaque argumenta sententiae meae adducam: deinde vero Leges obstantes conciliabo, et DD. dissentientes refellam.

§. IV.

a) Vti in hac opinione fuerunt STRYCKIUS ad LAVTERBACH. ad Pandect. Tit de action. emti et venditi p. 359. voc. subsilit. BRVN- NEMANNVS ad L. 42. ff. de past. n. 2. aliisque. Quibus annumerari potest. Iac. Frid. LUDOVICI Doctrina Pandect. Lib. XIX. Tit. I. §. 5.

7

§. IV.

Quod itaque pactum, quo quis fundum sine tributis habeat vel alienet, iure Ciuii Romano, intuitu pacientium sit inefficax et inualidum, ex claris Legum verbis cognoscitur. Sic eam in rem CONSTANTINI imp.^{a)} constitutio-
nis verba sunt haec: *Rei annonariae emolumenta tractantes, cognouimus hanc esse causam maxime reliquorum, quod nonnulli captantes aliquorum momentarias necessitates, sub hac conditione fundos comparant, ut nec reliqua eorum fisco inferant, et immunes eos possideant. Ideoque placuit, ut si quem consisterit huiusmodi habuisse tractatum, atque hac Lege possessionem esse mercatum: tam pro solutis censibus fundi comparati, quam pro reliquis vniuersis eiusdem possessionis, obnoxius teneatur: cum necesse sit, eum qui comparauit, censem rei comparatae agnoscere: nec licet cuiquam rem sine censu comparare vel vendere. Quia Lege aperte traditur, quod quis ea conditione fundos comparauerit, ut eos immunes possideret, adeoque causus quem tetigimus, continetur, quo vendor onera publica rei venditae retinuit ac in se recepit, atque cauetur, eum nihiloficius tum pro solutis censibus, tum etiam pro reliquis vniuersis fundi comparati, obnoxium teneri, item necesse esse, eum qui comparauit, censem rei comparatae agnoscere, ac denique non licere cuiquam rem sine censu comparare vel vendere. Quid autem aliud haec omnia significant, quam ut eiusmodi pactum, quo idem factum esse cognoscitur, ipso iure sit nullum.^{b)}*

§. V.

a) L. 2. C. fine Censu vel reliqu. fund. compar. non posse.

b) L. 3. C. eod. qua talis pactio non minus illicita, et partes ea non adiuvari, declaratur, etiam tunc vbi necdum translata est possessio censualis, sed apud priorem fundi dominum forte permanet, dissimulantibus ipsis, ut non possidentes pro possidentibus exigantur.

*It. ob L. i. C.
sine censu vel
reliqu. fund.
compar. non
posse.*

Ita pariter imperator ALEXANDER huiusmodi pactum insine censu vel efficax esse voluit, eamque ob causam CAPITONI hunc in modum rescripsit: ^{a)} Ex conuentione quidem, qua pallam novercam tuam cum patre tuo dicis, cum fundum in dotem daret, ut ipsa tributa agnoscet, actio tibi aduersus eam competere non potest, etiam si pactum in stipulationem deductum probetur. Sed et si fundus aestimatus, ita ut pars instrumenti significat, in dotem datus est, ex vendito actio, ut placitis stetur, non competit. Dupliciter hac Lege improbat ac infirmatur pactum, quo alius quispiam, quam qui possidet fundum, eius tributa se agniturum et praestitum esse promisit. Siue enim femina quadam fundum suum simpliciter, in dotem dedit, atque pacto tributa eius agnotuit: siue etiam semina fundum venditionis causa aestimatum in dotem dedit, atque pacto tributa eiusdem ab ipsa praestanda retinuit; utroque casu actio ut placitis stetur, expresse denegatur. Hac itaque Lege res in exemplum deducta traditur, cuius principia paulo ante a nobis exposita fuerunt. Videlebet imperatores reipublicae interesse crediderunt, ne tributa rerum immobilium fecus ac ex re ipsa, adeoque a non possidente, multo minus a non domino, etiam eo, qui pleno dominio se abdicavit, exigenterentur. Hinc neutro casu, ut placitis stetur, actionem competere, adeoque contractum eo nomine celebratum, aut pactum ideo contractui adiectum, etiam inter partes valere non posse, constituerunt.

§. VI

*Conciliatur
all. L. i. C. si-
ne censu vel*

Hac occasione mentio facienda est alius rescripti, ab eodem imperatore ALEXANDRO, eidem CAPITONI eodemque tem-

a) L. i. C. eod.

tempore dati,^{a)} nec non iisdem fere verbis compositi, non *reliqui*, *enarr.*
 quod rem nostram probet aut illustreret, sed quod partim, *L. II. C. de
 pactis.* cum idem, quod illud alterum contineat, alterutrum quasi
 superuacuum et praeter necessitatem Codici insertum videa-
 tur^{b)} partim quod hoc modo adductum nonnihil aduersi
 habeat, quod illi priori rescripto, pariter ac nostrae inde
 probatae sententiae obsteret. Verum enim vero, quod vnum
 ex his rescriptis non sit superfliuum inde manifestum est,
 quod singularem suum casum quodlibet eorum, ut mox clari-
 rius apparebit, contineat definitaque, ita ut ambo non im-
 merito salua retinenda sint. Deinde cum in illo priori rescri-
 pto dicatur: *sed et si fundus aestimatus in dotem datus est, ex vendito
 actio, ut placitis sicutur, non competit; alterum vero, cu-*
ius hic mentionem facimus,^{c)} alia omnia statuere videatur,
 his verbis: *Ex conuentione quidem, qua pactam nouercam tuam
 cum patre tuo dixi, cum fundum in dotem dareb, ut creditoribus, qui-
 bus fuerant praedia obligata, usuras solueret; actio tibi adversus
 eam competere non potest, et si pactum in stipulationem deductum
 probetur. Sed si fundus aestimatus in dotem datus est, ex vendito
 actio, ut placitis sicutur, competit, alterum alteri grauiter omni-
 no aduersari videtur.* Sed salua res est. Prius enim illud
 continet pactum, quo nouerca tributa fundi dotalis agno-
 uit, quod tamem prohibitum adeoque illicitum est: ^{d)} hoc
 autem posterius agit de pacto, quo nouerca creditoribus,
 quibus fundus dotalis obligatus erat, usuras se solutaram

pro-

a) L. II. C. de pactis.

b) quod et BRVNNEMANNO aliisque visum est. vid. BRVNNEMAN-



NVS ad L. II. C. de pact. n. 6.

c) all. L. I. C. sine censu vel reliqui.

d) L. II. C. de pactis.

e) L. 3. C. sine censu vel reliqui. fund. compar. non posse.

B



promisit, quod utique licitum est, quandoquidem usurias pro alio soluere nullibi est prohibitum. Hinc mirum esse non potest, cur illa Lege actionem ex vendito, ut placitis stetur, non competere: hac autem eandem actionem, ut placitis stetur competere, catur. Hinc etiam inaneam eorum operam esse merito existimo, qui antinomiam hanc qualemcunque, particulam *non* ex altera Lege expungendo tollere studierunt.^{f)}

§. VII.

*Explicatur
nobis ad verfa
L. 52. §. 2. ff.
de pactis.*

Huic autem nostrae sententiae, qua dictum pactum nec inter pacientes consistere et valere contendimus, valde aduersari videtur effatum **VLPIANI**^{a)} ubi ait: *Pactum, ut, si quas summas propter tributiones praedii pignori nexi fastas, creditor soluisset, a debitore reciparet, et ut tributa eiusdem praedii debitor penderet, iustum ideoque seruandum est.* Qua in Legge aliquod argumentum omnino inueniri videtur, quo pactum eiusmodi firmari queat, saltem inter pacientes ut consistat, si quis fundum a tributis immunem in alterum transferat, ipse autem haec onera fundi a se praestanda sibi retineat. Cum enim in Legge pactum de tributionibus initum, quo vel creditor, quas pro fundo oppignorato soluit, a debitore recipere, vel etiam debitor, ut eiusdem praedii tributa penderet, obligari queat, iustum censeatur, id procul dubio non iniustum cefebitur, quo quis non possessor fundi tributa pacto in se suscepit, eaque futura etiam se praestitutum esse promisit. Qua in opinione etiam fuit

f) PRAESID. Select. Iur. Princ. Diff. XXVI. Pos. III. sub. lit. e) ibique alleg. DD.

a) L. 52. §. 2. ff. de pactis.

suit BRVNNEMANVS,^{b)} qui idem de venditore, quod VLPIANVS de creditore dixit, statuendum esse contendit. Sed huic opinioni obuiam iri, eaque refutari facillime potest, cum res ipsa loquatur casumque propositum explicit. Nimirum ante omnia pro certo ponendum est, Legem nostram non agerē de casū, quo creditor fundum sibi oppignoratum possidet, quicquid incontrariam partem dicat BRVNNEMANVS; huius enim possessionis in ipsa Lege ne verbulo quidem sit mentio, quod tamen procul dubio factum esset, si Lex de pignore in specie intelligenda fuisset. Si hoc est, ut quidem verissimum esse conspicitur, debitor in casu proposito, fundi oppignorati sicuti dominium, ita etiam possessionem retinuit; quare pactum nostrum, quo quis tributa fundi translati in se suscepit, hoc loco ne quidem adest, adeoque memorata Lex rem nostram non tangit. Ut omittam Leges Condicis derogare Legibus Digestorum. Quid autem utilitatis praestabit istud pactum, de quo agit VLPIANVS? Respondeo: cum creditoris maxime intersit, ne tributa fundi oppignorati nimium restent, eorumque cumulus accrescat, eoque securitas eius diminuatur, pactum illud ita proderit creditorī, ut eo promptius habeat remedium, vel repetendi a debitore, quod tributorum nomine pro fundo oppignorato soluit, vel compellendi debitorem, ut ipse praedii tributa pendat.

§. VIII.

Possent quidem haec quae de re nostra dixi, sufficere, tum BRVNNEMANNO ad rem nostram confirmandam, tum ad dubia quaelibet explicanda: verum paucis adhuc BRVNNEMANNO plane a nobis respondetur.

B 2

dif-

b) BRVNNEMANVS ad L. 42. ff. de pactis n. 2.

sentienti ut respondeamus, operaे pretium esse ducimus.
 Hic enim I^Ctus ^{a)}) aperre confirmat, valere hoc pactum,
 quod nos huc usque Legibus infirmari probauimus, inter
 pacientes, eamque sententiam quoque BALDO, SALICEO,
 CASTRENSI placere, et tantum praeiudicium fisci hic confide-
 randum venire, qui a tantorum virorum sententia non re-
 cedendum, sed emtori potius, sicuti fiscus eum in exigen-
 do est securus, regressum ex pacto aduersus venditorem
 dandum esse putat. Idem ^{b)} alio loco ea de re pergit, ta-
 lia pacta fisco tantum praeiudicare non posse, eamque con-
 uentionem irritam esse ratione praeiudicij fisci, non ratione
 ipsorum contrahentium. Sed ex his dictis apparet, quod
 BRVNNEMANNVS ad stabiliendam et propugnandam hanc
 suam sententiam argumentis non adeo solidis atque firmis sit
 us; nam aliorum DD. auctoritatem tantum sequi, rei sue
 defendendae causa, meo quidem iudicio lubricum est funda-
 mentum. Neque certi quicquam desumi potest ex usu fori,
 cum non adeo rarum sit, ut illud etiam, quod diutissime in foro
 seruatum fuit, immutetur, et funditus tollatur; ut omitram
 usum fori, seu id quod factò fieri solet, non esse Legem.
 Deinde non satis est, tantum fisci rationem habere, atque
 eius intuitu conuentionem aliquam irritam declarare; hoc
 enim, quod res fisci salua sit, non facit ut eadem conuen-
 tio inter pacientes propterea valere debeat, quoniam utro-
 que respectu Legibus infirmata et irrita esse potest, cuius-
 modi exemplum hic omnino habemus. Certe ad refel-
 dum BRVNNEMANNVM hoc sufficiet: quamdiu Leges ex-
 pressae et claræ praeualent opinionibus DD. tamdiu etiam
 res

a) BRVNNEMANN. ad alleg. L. 42. de pactis.

b) IDEM ad L. 2. C. sine censu vel reliquo fundum compar. non
posse.

res nostra, Legibus claris probata praeualebit opinioni
BRVNNEMANNI.^{c)}

§. IX.

Supereft, vt paucis adhuc exponamus, quod pactum, *Illud pactum*
de quo quaerimus, potissimum etiam nullum sit ratione fisci. *etiam cfinua-*
Equidem hac in re omnes DD. mecum facile consentientes *tidum II. ra-*
habeo, ex generali principio, quod **PAPINIANVS**^{a)} tradit: *tione fisci ob-*
Ius publicum priuatorum pactis mutari non potest: quod vero *L. 2. C. de an-*
causae tributorum et fisci ad ius publicum pertineant, tanto *non: et tribut.*
minus aliquis inficiabitur, quanto certius inter omnes con-
stat, rempublicam ciuium tributis conseruari. Hinc etiamsi
pactum de tributis fundi in alium translati, a transferente
impostorum praefstandis, inter partes pacifcentes valeret,
tamen illud fisco nunquam nocere aut praeciducio esse posse,
satis confessum et manifestum esse arbitror. Sed non de-
ficiunt Leges, quibus hoc claris verbis cautum est atque ex-
pressum. Huc pertinet, quod in **CONSTANTINI** imp.
Constitutione, supra iam citata, ^{b)} quae rei annonariae emo-
lumenta seu fisci causam tractat, praecipitur, eum scilicet,
quem constiterit fundum immunem adeoque sine censibus
fisco inferendis comparasse, tam pro solutis censibus fundi
comparati, quam pro reliquis uniuersis eiusdem possessio*nis ob-*
noxium teneri, cum necesse sit eum, qui comparauit, censu rei
comparatae agnoscerre. Vnde cognoscitur, fiscum conuentio-
ne priuatorum de soluendis tributis inita neutiquam ob-
stringi, sed in exigendis iis, quamuis aliud partes pacifcen-
tes voluerint, sequi possessorem, cum expressum dicatur.

B 3

ne-

c) h. Diff. §. IV. add. L. 3. C. sine cens. vel reliqu.

a) L. 38. ff. de pactis

b) L. 2. C. sine censu vel reliqu. fund. compar. non posse;

necessere esse ut is, qui comparauit fundum, etiam censem rei comparatae agnoscat. Ceterum quod eadem Constitutio eiusmodi pactum etiam ratione paciscentium inualidum imo nullum declarat, id in superioribus a me iam satis explicatum est. Sed clarius adhuc de eo, quod fiscus non nisi a possessore exigat tributa, Constitutio imp^r, VALERIANI et GALLIENI^{c)} cauet his verbis: *annonas is soluere debet, qui possessiones tenet et fructus percipit.* Neque poterit vñquam hanc Legem immutare pactum, quo priuati aliud inter se valere, atque onus soluendi tributa alterutri paciscentium, qui possessionem non tenet, imponi voluerunt, quoniam ex Lege paulo ante adducta, cognouimus, eum, qui sine censibus fundum comparauit, nihiloscius pro vniuersis eiusdem possessionis censibus, obnoxium teneri.

§. X.

*Iuris Saxonici Electoralis
ea de re dispositio.*

Eadem plane, quae hic usque ex iure Romano prouoluimus, etiam iure nostro Saxonico Electorali sunt sancta, vt scilicet pactum, quo quis fundum aliquem a tributis aliisque oneribus immunem comparet, tam ratione fisci, aliorumque quibus onera debentur, quam ratione paciscentium prorsus inefficax sit et inualidum. Non est quod pluribus verbis rem exponam, cum Lex ipsa omnia perspicue satis tradat. Praestabit itaque verba Legis apponere, quibus in Decisiōne XVII. de anno millesimo septingentesimo quadragesimo sexto,^{a)} Potentissimus Legislator noster mentem suam declarauit. Sunt autem haec: *Dass ein Contrakt, wodurch ein Grund-*

^{c)} L. 2. C. de annona. et tribut.

^{a)} Dec. El. Sax. XVII. de anno MDCCXLVI.

* * *

Grund-Stück von Steuern, Erb-Zinnzen und dergleichen Gefällen befreyet wird, in Ansehen des Fisci. des Erb-Zinss-Herrn, und dererjenigen, welchen solche Gefälle entrichtet werden, ungültig sey, ist bereits in der 65. Decision versehen. Wie es nun hierbey nochmahls verbleibet, und darwieder, was die nach ermeldter Decision, und wegen der Steuern, auch die innerhalb 40. Jahren vorher geschlossenen, Handlungen betrifft, keine Praefcription statt haben sollt; Also setzen und ordnen Wir hiermit, daß ein solches Paetum in Zukunft auch unter denen Contrahenten, wenn auch gleich dieselben Ehe-Leuthe, oder andere personae coniunctae wären, unbeflädig, und derjenige, so dergleichen Beschwerden übernommen, oder auf sie behalten, dem andern deswegen zur Euiction oder Leistung des Interesse nicht verbunden, so viel aber die bereits bisher geschlossene, Contrakte anbelanget, derjenige, welcher dem andern die Immunität von dergleichen Praestationen versprochen, demselben das Interesse, nach proportion der onerum, wie solche von denen Schocken, so der andere übernehmen muss, oder sonst zur Zeit des Contrakts entrichtet worden, zu leisten schuldig seyn, auch dem andern Theil, das Grund-Stück dem Verkäuffer wieder abzutreten, und das Kauff-Geld zurück zu fordern, frey stehen, hingegen der Verkäuffer, auch jeder Besitzer des Haupt-Gutes, im Fall der Käuffer solch Grund-Stück an einen fremden alieniret, den Vorkauff, wenn er sich deswegen vor der gerichtlichen Vebergabe meldet, daran haben solle.



371

Chor-Sing. der vier Stimmen. In der Schule von
S. Petri zu Lübeck. In der Zeit der Reformation.
Von dem ersten Theil des 16. Jahrhunderts.
Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor, Altus,
Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus. Die vier Stimmen sind: Bassus, Tenor,
Altus, Sopranus.



Leipzig, Diss., 1771 L-2

ULB Halle
005 108 616

3





8570.

DISSE^{1771,47}TATIO IVRIDICA

DE

PACTO, QVO QVIS FVNDVM
SINE TRIBVTIS HABEAT, VEL
ALIENET, PROHIBITO.

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

I N D V L T V

P R A E S I D E

IOANNE TOBIA RICHTERO

I. V. DOCT. P. P. ORD. ET CIVITAT. LIPSIENS. SENAT. CET.

AD DIEM XXVIII. MART. A. C. N. MDCCCLXXI.

H. L. Q. C.

P V B L I C E D E F E N D E T

R E S P O N D E N S

HENRICVS CHRISTIANVS STEINDORFFIVS

THALLWITIO - WVRZENS.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

